



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ Præcones

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 6. Cur Socratem Alcibiades cum Silenis comparârit? eámque
comparisonem in multas alias res competere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

rit vultu, quo vinū solet; vtq; iam moriens etiā in phædonem suū jocaretur, & sapiens oraculo, imò omnium mortaliū sapientissimus pronunciaretur.

§. VI.

Cur Socratem Alcibiades cum Silenis compararit? eamq; comparisonem, in multas alias res competere.

Hunc talem, facie vilem, pectore incomparabilem, Alcibiades cum Silenis idcirco cōtulit; quia olim Sileni statuæ sectiles fuerunt, & ita concinnatæ, vt diduci & explicari possent. Clausæ ridiculam ac monstruosam tibicinis speciē habebant: apertæ subito numen ostendebant, vt artem sculptoris gratiorem jocosus faceret error. Imaginum autem istarum argumentum sumptum erat à ridiculo illo Sileno Bacchi pædagogo, numinumq; Poëticorum morione. Ita nimirū non solūm multi hominum habitu, vultuq; longè minū præ se ferunt, quā in animo claudant; sed quā plurimæ res quoq; aliæ, in speciē, & primā, quod aiunt, fronte, malæ, viles, miserabiles videntur, quæ tamen interiūs, ac propiūs contemplanti, atque re ipsa sunt bonæ, pretiosæ, & admirabiles.

Quidquid, in omni genere rerum, praeclarissimum est,

B 2 id,

id minùs in conspicuo est. In ipsa cognitione, semper germana rerum veritas altissimè latet, quæ nec facile, nec à multis deprehenditur. crassum vulgus, quoniam præposterè iudicat, nimirù ex his, quæ maximè sensibus corporis obuia sunt, aestimans omnia, passim & labitur; & errat, ac falsis honorù & malorù simulachris deluditur.

In summa, prima mundi lex est: *QVÆRENDÆ FACULTATES, DEINDE VIRTVS*, cui è diametro oppositam tulit, qui dixit: *Querite primùm regnum Dei, & iustitiam eius.*

Matth. 6.
33.

§. VII,

Flagella, & cruces visu horridas, & malas sensus, in recessu, bonas atq; utiles esse.

Hinc discipulis suis, & amicorum charissimis non promittit diuina sapientia fasces, non titulos honorù, non chlamydes & tiaras, non aureos annulos, & montes, & præcedentia longi agminis officia; sed opprobria, sed flagella, sed persecutiones. *Tradent vos, inquit, in Concilijs, & in Synagogis suis flagellabunt vos: & ad Præsides & Reges ducemini, propter me.* itémque: *Absq; Synagogis facient vos, sed venit hora, ut omnis, qui interficit vos, arbitretur se obsequium: prestare Deo.* Et, in tēpore, inibi, apositū est: *Hæc locutus sum vobis, ut non scandalizemini.* Mūdus, & DEI scientiã

Matth. 10.
17.

Ioan. 16. 2.